

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Consid. de fervore excitando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

5. Christus ne minimum quidem apicem pro tua salute
prætermisit, cur tu minima prætereras pro maiestate & gloria
illius?

6. Si is, qui iter magni momenti suscipit, & thesauros
magno portat, illam semitam magis eligit, quæ à latroni-
bus & prædonibus tutior est; cur tu pro itinere ad cælum
non magis viam humilium officiorum, quæ minus exposita
est in studiis vanæ gloriæ & Diaboli eligis?

7. Si, dum laborandum est, ea libentiùs opera suscipis,
quæ faciliùs & jucundiùs peraguntur; cur minima opera &
officia tantopere refugis, ad quæ & minore conatu atque ta-
lentis opus est, & in quibus majorès plerumque DEUS con-
solationes operanti largitur?

8. Si servus fidelitatem suam non magis demonstrare po-
test, quæ si etiā in minimis fidelis sit, cur non & tu per mini-
morum oblationem optas, occasionem tibi fieri fidelitatis
tua erga DEUM demonstrandæ, ut audire olim merearis:
Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, su-
per multa te constituam?

C O N S I D E R A T I O

D E F E R V O R E E X C I T A N D O .

1. A Varus nihil relinquit, quod non cupiat, cum tamen
desideria tantum serviant majori torturæ, quid face-
ret, si simul ac concupisceret seriò, res possideret, sicut tu fa-
cere potes? an multum à te perit, si exigatur, ut pessimos,
id est, avaros imitando optimus fias, & tu facias pro tua glo-
ria & salute, quod illi pro pœnis & morte tam studiosè
agunt?

2. Si Mendico per unum diem facultas daretur ex regio
thesauro, quantum vellet, & posset, auferendi, an putas uni-
co momento otiaturum? an persuadere tibi potes, non o-
mnem diligentiam & conatum in exportandis divitiis adhi-
biturum? cur ergo tu tam tepidè te geris in immortalibus di-
vitiis hoc per breve vitæ spatio congregandis?

3. Si salus tua, & omnium hominum à quovis tuorum o-
perum penderet, an non summam in eo perfectè absolvendo
diligentiam adhiberes? cum ergo nunc à quovis opere tuo
pendeat

pendeat gloria DEI, quæ pluris facienda est à te; quām tuq[ue] omnium aliorum hominum salus, quomodo negligenter etiamnum illud peragere sustines?

4. Natura semper cōnatur meliori modo, quo potest opera sua facere; an gratia in te non poterit, quod natura viribus potest?

5. Qui diutius in loco aliquo commorari cogitat, quim optimè eum instruere satagit; cur ergo tu pro æternitate tua quām plurima merita præparas?

6. In omnibus alijs rebus optima vis habere, cur ergo & vitam, & opera optima? cur in lapidibus & finilibus non vis decipi, & in teipso ac vita tua etiam affectus illudi?

7. Qui coram Rege, & ejus proceribus, spectacula exhibent, nihil magis laborant, quām ut optimè Personam vident; cur tu coram DEO & totâ curiâ cœlesti non similes conatum adhibes in Persona tua repræsentanda?

C O N S I D E R A T I O D E T E P O R E I N P E R F E C T I O N I S S T U D I O.

1. **S**i infernum tanto pere horres, cur tempore vite non fugis? an nescis sententiam DEI Isaïæ c. 4. prolatam: Maledictus, qui facit opus Domini negligenter? an non rē tepidus, ut damnati, privetur fruitione DEI? an non religio illi obscurus cancer est ob tenebras mentis? an non, ut Thomas Kemp. l. 1. c. 25. ait, habet tribulationem super tribulationem? an non perpetuò à Dæmonibus, & veritate conscientiæ vexatur? an non à peccato uno in aliud, velut ab una pœna gravissima in aliam præcipitatur? an non & ipsius DEUM per rugas suas blasphemat, ut S. Bernardus loquitur? an non perpetuò contra Superiores murmurat, & Fratres suos faltem malis exemplis & operibus affigit? an non diem, in qua per professionem natus est, detestatur?

2. An non religio tua, quia separat preciosum à vilij, id est, animas à peccatis, cœlestia à terrenis &c. quasi os DEI est, ut Jeremias c. 15. loquitur; cur ergo ob tempore vite non si mes pœnam illam DEI, Apoc. c. 3. propositum: quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo?